MONUMENTA
GERMANIAE

etiam coacta surripiens pie subministrationis
operibus quamquam despicabilibus et abiectis hu-
miliando non minus corde quam corpore solici-
cius intendebat, foras exeuntium famularum
lutulentos pedes abluens, extergens et oscu-
lans iuxta nostri salvatoris exemplum in-
tusque ministrantium laboriosis obsequiis[a], ac
si ancilla foret emptitia, cum omni promp-
tione promptum et hyllarem impendebatur sanis,
debilibus et infirmis pro viribus[b] famulatum.
Sicut igitur ab humili patre Francisco didicerat,
non tam preferri affectabat quam obici, ut
perfectionis humilitatem regaret[c] et coleret et
filiarum cordibus per exempli efficaciam complantaret.

IIII pars de eius paupertate[d]

In[e] hoc etiam sancti patres[f] sequens vestigia
in sue conversionis initio paternam hereditatem,
que ad eam pervenerat, distrahi fecit sibique
de precio nil retinens totum pauperibus
erogavit tantumque[g] fedus ac amorem cum
paupertate contraxit ut nil preter necessarium[h]
vestitum et victum permitteret[i] a sororibus re-
cipi vel in posterum reservari. Privilegium pau-
pertatis a domino [k] I III° concessum cuius[l]
publicam[m] volutam propria manu non sine la-
crimis idem conscripsit antistes. Et cum id dominus

a) obseq' ūs C
b) uīb3 C
c) regaret C muss heißen rigaret; e und i hier öfter verwechselt (succidentibus, patres).
d) die Überschrift rot
e) I rot ausgemalt, aber mit anderer Farbe als die Überschr. am Rande schwarzes I.
f) Am Rande cursiv: patris – von derselben Tinte wie die Correctur: patris.
g) ~~tantum~~ tāt q3 C.
h) ne'ccm C.
i) ~~promitteret~~ ꝑ mi ttet C wie oben ꝑ ist perit 263v col 2
k) q° ī (=?) C Vielleicht stand in der Vorlage in° c̄ III°: Innocentio III°
l) gc' C
m) p az C.